Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



ergo ei sacerdos sanctificatis panes
nec enim erat ibi panis nisi tantum
panes propositionis qui sublati fuerant
a facie domini ut ponerentur ibi pa
nes calidi. Erat autem ibi vir qui
dam de seruis saul in die illa mitis
intabernaculo domini et nomine eius
doec idumeus potentissimus pas
torum saul hic pascebat mulos
saulis. Dixit autem dauid ad abime
lech si habes hic ad manum hastam aut
gladium da mihi quia gladium
meum et arma mea non tuli mecum
seruo enim regis urgebat me. Et ait
dixit sacerdos ecce hic gladius go
liath philistei quem percussisti in valle
terebinthi est inuolutus pallio post
ephod si istum vis tollere tolle nec
alius hic adest eo. Et ait dauid. non
est alter huic similis da mihi eum.
Surrexit itaque dauid et fugit die
illo a facie saul et venit ad achis re
gem geth. Dixerunt ei serui achis
cum audissent dauid. Numquid non e
iste dauid rex terre et nonne huic
cantabant chorosdicentes. Saul
percussit mille et dauid decem milia. po
suit autem dauid sermones istos in
corde suo et timuit valde a facie
achis regis et mutauit os suum co
ram eis et collabebatur inter man
eorum et impingebat in ostia porte
defluebant que saliue eius in barbam
Et ait achis ad seruos suos. Vidistis
hominem insanum. quare adduxi
stis eum ad me. An desunt nobis
furiosi quod introduxistis istum ut
furiret me in me. Dimittite illum
ergo hinc ne redeat in
domum meam. XXII

Abiit ergo dauid et fugit in
spelunca odolam. Quod
cum audissent fres eius et
omnis domus patris eius descen
derunt ad eum illuc et conuenerunt ad
eum omnes qui erant in angustia
constituti et oppressi ere alieno et amа
ro animo et factus est eorum prin
ceps. fuerunt que cum eo quasi quat
tuorcentorum uirorum et profectus e dauid
inde in malpha que est in moab et
dixit ad regem moab. oret ergo
pater meus et mater mea vobiscum
donec sciam quid faciat mihi deus
Et reliquit eos ante faciem regis
moab. manserunt que apud eum cun
ctis diebus quibus dauid fuit in
sidio. Dixit que propheta ad dauid non
manere in presidio. pertransire et vade
in terram iuda et profectus est dauid
et venit in saltum arech. Et audi
uit saul quod apparuisset dauid
et viri qui erant cum eo. Saul autem
cum maneret in gaba et esset in nemore
quod est in rama hastam in manu
tenens cunctique serui eius circumste
terunt eum. ait ad seruos eius qui
assistebant ei. Audite me seruis be
nium mei. Numquid omnibus nobis
dabit filius ysai agros et vineas et
vniuersis nos faciet tribunos
et centuriones quoniam coniurastis
omnes aduersus me et non est qui
mihi reuelaret. Quia exiuit cum et
filius meus fedus iniuerit cum filio
ysai non est qui miseretur mei aut
ostendat mihi quod suscitauit filius meus inimicum
meum aduersus me insidiantem
mihi usque hodie. Respondens autem